AHUS Leg. 608-4 (1)

Cax. 2 de Medio Leg. 1º. 3 N.º 17.

// Indulto concedido por Alex.º 6.º
a.º 1495. Nonis Septembris, al S.or
Fund.or para no vendir.

Ponzettus

Jo. de Ferraris

Alexander episcopus servus servorum dei Dilecto filio Roderico de Santaella Canonico Ispalen in Theologia Magistro Salutem et apostolicam benedictionem. Litterarum sciencia vite ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita super quibus apud nos fidedigno commendaris testimonio nos inducunt ut te specialibus favoribus et gratiis prosequamur. Cum itaque sicut accepimus in quibusdam litteris per sedem apostolicam concessis caveatur expresse quod obtinens aliquos ex Canonicatibus et prebendis graduatorum nuncupatis in aliqua Cathedrali seu Metropolitana ecclesia Castelle et Legionis Regnorum si ab illa per certum tunc expressum tempus absque licencia tunc Episcopi seu dilectorum filiorum Capituli ecclesie predicte se absentaverit Canonicatus et prebenda predicti vacare censeantur eo ipso ac in statutis et consuetudinibus ecclesie Malaginen seu etiam privilegio apostolico illi et aliis Regni Granate ecclesiis concesso etiam caveatur expresse quod similiter obtinens in illa Canonicatum et prebendam seu dignitatem per certum tunc expressum tempus in eas sub certis tunc expressis etiam privationis penis quolibet Anno residere teneatur. Nos volentes te qui sicut asseris Ispalen ac Malaginen ecclesiarum predictarum Canonicatus et prebendas necnon eiusdem ecclesie Malaginen Scolastriam et nonnumquam in serviciis ac negociis sedis apostolice et Carissimi in christo filii nostri Ferdinandi Regis ac Carissime in christo filie nostre Elisabeth Regine eorundem Regnorum Illustrium adeo occupatus existis ut in ipsis ecclesiis commode ut teneris residere nequeas premissorum meritorum tuorum intuitu favore prosequi gratioso teque a quibusvis excommunicationis suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sentenciis censuris et penis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis si quibus quomodolibet innodatus existis ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes et absolutum fore censentes tuis in hac parte supplicationibus inclinati tibi ut quoad vixeris serviciis et negociis dicte sedis vel Regis et Regine predictorum seu predicationibus verbi dei insistendo aut in altera ecclesiarum earundem Ispalen et Malaginen residendo in illis vel altera earum residere minime tenearis nec ad id aliquoquomodo invitus valeas coartari auctoritate apostolica tenore presentium de specialis dono gratie indulgemus. Non obstantibus litteris predictis etiam aliis forsan per nos etiam sub quibusvis verborum formis concessis ac supradictis et aliis earundem Ispalen et Malaginen ecclesiarum iuramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus quibus omnibus eorum tenores ac si de verbo ad verbum insererentur et etiam in eis caveretur expresse quod illis derogari non posset pro expressis habentes illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus. Proviso quod Canonicatus et prebende ac Scolastria predicti debitis propterea non fraudentur obsequiis sed eorum congrue supportentur onera consueta. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre absolutionis indulti et derogationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Dat. Rome apud Sanctumpetrum Anno Incarnationis dominice Millesimoquadringentesimononagesimoquinto i Non. Septembris Pontificatus nostri Anno Quarto.

L. de ...

Gregor.

A. de Buccabellis
Jo. Carsona

P. de Castello
L. Anselmi
F. de Burgis

P. Vrolhedo
Collatio

Jo. [illegible]

Sollicitator Duodecim

L. Firmo
N. Sanluca

Et sunt exposita ...

leg. 658-4 (2)

Cax. 2.º de Medio Leg. 1.º N.º 18.º

Bulla de Alex.º 6.º ẽ 1495 Nonis Septembris, en que creo al S.r Fundador Notario de los del numero de la Santa Sede.

R̃ta in cam̃ ap̃lica

L. de Magistris

titulo del S.r de protho notario, del S.r fundador

Ad Pe... Cam

ALEXANDER EPS ſeruus ſeruorum dei Dilecto filio Magiſtro Roderico de Sanctaella Canonico Iſpalen in
Theologia Magiſtro Notario nro Salt et aplicam ben. Dum patris altiſſimi qui prout uult diſpenſat ſingulis pluſquam merita requirant munera gratiarum uices licet
immeriti gerentes in terris interdum honoribus minores efferimus ut in mandatorum obſeruancia humeri eorum fortiores efficiantur. Cum itaque ſicut accepimus tu uirtu
tum decoratus ornatibus ac nris et Romane eccle obſequijs diſponas inſiſtere noſque aliis gratum ſentiamus tue bone fame et probitatis odorem. Nos propterea perſo
nam tuam grato affectu proſequi uolentes teque a quibuſuis excommunicationis ſuſpenſionis et interdicti aliiſque eccliaſticis ſentencijs cenſuris et penis a iure uel ab ho
mine quauis occaſione uel cauſa latis ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtis ad effectum preſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes et abſolu
tum fore cenſentes motu proprio non ad tuam uel alterius pro te nobis ſuper hoc oblate petitionis inſtantiam ſed de nra mera liberalitate te in nrm et aplice ſedis
Notarium auctoritate aplica tenore preſentium gratioſe recipimus ac aliorum nrorum et dicte ſedis Notariorum numero et conſortio fauorabiliter aggregamus Inte
dentes quod omnibus et ſingulis prerogatiuis indultis honoribus priuilegijs exemptionibus gratijs libertatibus et immunitatibus gaudeas et utaris quibus gaudent
et utuntur ac uti et gaudere poterunt quomodolibet in futurum alij nri et dicte ſedis Notarij Non obſtantibus de certo eorum Notariorum numero ac Conſ
titutionibus et ordinationibus aplicis ceteriſque contrarijs quibuſcumque. Volumus autem quod antequam inſignia officij huiuſmodi recipias in manibus Venerabilium fratru
nrorum Archiepi Iſpalen et Epi Pacen ac dilecti filij Theſaurarij eccle Iſpalen fidelitatis debite ſolitum preſtes iuramentum iuxta formam quam ſub bulla nra mit
timus annotatam quibus et eorum cuilibet per alias nras litteras mandamus ut a te nro et dicte eccle nomine iuramentum ipm recipiant et inſignia conferant antedicta
Sic igitur de bono in melius ſtudijs uirtutum intendas ut in nro conſpectu ad maiora te ſemper conſtituas meritorum ſtudijs digniorem noſque proinde ad te peram
plius honorandum merito inuitemur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nre abſolutionis receptionis aggregationis et uoluntatis infringere uel ei
auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis dei ac beatorum Petri et Pauli Aplorum eius ſe nouerit
incurſurum. Dat Rome apud Sanctumpetrum Anno Incarnationis dominice Milleſimoquadringenteſimononageſimoquinto Non Septembris
Pontificatus nri Anno Quarto

L. de Iuvenio

A. de Buccabellis
Jo. A. Carbon
Sepz

P. de Castello
B. ...
F. de Iuvijs

P. Vasthedro
Galletus

Gollinaum f. Grambeck Et sunt expositi ducati
vigintiquinque N. Bruhen

Anno ab Incar. [illegible] ccccc° die [illegible]
[illegible] Car[illegible] p cedula sua cons[illegible]

A. de Sugna · Clemens

Caxo. 2 de Medio Leg. 1. N.° 21.

Bula de Alex.° 6.°, quinto Kal. Julij 1500, en q. concede al S.r Fundador el Arcediano de Reyna.

A

F. de Trenis

B. Colino

Alexander epus servus servorum dei Venerabilibus fratribus Archiepo Ragusin et Epo Zamoren ac dilecto filio Officiali Ispalen Salutem et aplicam ben.
Grata devotionis obsequia que dilectus filius Magr Rodericus de Santaella Canonicus Ispalen Magr in Theologia Notarius nr nobis et aplice sedi hactenus impendit et adhuc solicitis studiis
impendere non desistit necnon litterarum scientia vite ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita quibus personam suam etiam fidedignorum testimoniis iuvari percepimus nos inducunt ut sibi redda
mur ad gratiam liberales. Cum itaque Archidiaconatus de Reyna in eccla Ispalen qui alias tunc certo modo vacans Venerabili fratri nro Johanni Epo Portuen aplica fuit auctoritate commendatus
commenda huiusmodi ex eo quod ipse Johannes Epo illi ac omni iuri sibi in dicto Archidiaconatu vel ad illum quomodolibet competenti illius per eum possessione non habita hodie in manibus nris sponte et libere
cessit nosque cessionem ipam duximus admittendam cessante adhuc eo quo ante commendam [illegible] vacabat modo vacare noscatur Nos volentes eundem Rodericum qui ut asserit Canonicatum et prebendam
dicte eccle quorum fructus redditus et proventus Centum et Quinquaginta librarum Turonen parvorum secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt inter alia obtinet premissorum obsequiorum
et meritorum suorum intuitu gratiam facere specialem ipmque Rodericum a quibusuis excommunicationis suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis censuris et penis a iure vel ab homine quavis occasione vel
causa latis siquibus quomodolibet innodatus existit ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes et absolutum fore censentes necnon omnia et singula alia beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura
que dictus Rodericus etiam ex quibusuis aplicis dispensationibus obtinet et expectat ac in quibus et ad que ius sibi quomodolibet competit quecumque quotcumque et qualiacumque sint eorumque fructuum reddituum et pro
ventuum veros annuos valores ac verum et ultimum dicti Archidiaconatus vacationis modum etiam si ex eo quevis generalis reservatio etiam in corpore iuris clausa resultet presentibus pro expressis habentes
discretioni vre per aplica scripta mandamus quatinus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios Archidiaconatum predictum qui inibi dignitas non tamen maior post Pontificalem existit et cuius
fructus redditus et proventus etiam Centum et Quinquaginta librarum similium secundum extimationem predictam valorem annuum ut dictus Rodericus etiam asserit non excedunt quovis modo et ex cuiuscumque persona
seu per liberam resignationem cuiusvis de illo extra Romanam Curiam etiam coram Notario publico et testibus sponte factam aut Constitutionem felicis recordationis Johannis pape [illegible] predecessoris nri que incipit
Execrabilis vel assecutionem alterius beneficii ecclesiastici ordinaria auctoritate collati vacet etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranen statuta Concilii ad sedem predictam legitime devoluta ipsque
Archidiaconatus dispositioni aplice specialiter reservatus existat et ad eum consueverit quis per electionem assumi eique cura immineat animarum super eo quoque inter aliquos lis cuius statum presentibus haberi volumus
pro expresso pendeat indecisa dummodo tempore dat presentium non sit in eo alicui specialiter ius quesitum cum omnibus iuribus et pertinentiis suis eidem Roderico auctoritate nra conferre et assignare curetis
inducentes eum vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem Archidiaconatus iuriumque et pertinentiarum predictorum et defendentes inductum amoto exinde quolibet illicito detentore ac
facientes Rodericum vel pro eo procuratorem predictum ad Archidiaconatum huiusmodi ut est moris admitti sibique de illius fructibus redditibus proventibus iuribus et obventionibus universis integre
responderi Contradictores auctoritate nra appellatione postposita compescendo Non obstantibus pie memorie Bonifacii pp. viii etiam predecessoris nri ac aliis Constitutionibus et ordinationibus aplicis necnon
dicte eccle iuramento confirmatione aplica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus contrariis quibuscumque Aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de dignitatibus ipius eccle specialis
vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales dicte sedis vel Legatorum eius litteras impetrarint etiam si per eas ad inhibitionem reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum quibus
omnibus eundem Rodericum in assecutione dicti Archidiaconatus volumus anteferri sed nullum per hoc eis quo ad assecutionem dignitatum seu beneficiorum aliorum preiudicium generari Seu si Venerabili fratri
nro Archiepo et dilectis filiis Capitulo Ispalen vel quibusuis aliis communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli aut quod interdici
suspendi vel excommunicari non possint quodque de dignitatibus dicte eccle vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem provisionem presentationem electionem seu quamvis aliam dispositionem coniunctim vel
separatim spectantibus nulli valeat provideri per litteras aplicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel
speciali cuiuscumque tenoris existat per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus huiusmodi gratie impediri valeat quomodolibet vel differri et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nris
litteris mentio specialis Aut si dictus Rodericus presens non fuerit ad prestandum [illegible] statutis et consuetudinibus dicte eccle solitum iuramentum dummodo in absentia sua per procuratorem ydoneum
et cum ad ecclesiam ipam accesserit corporaliter illud prestet. Nos enim exnunc irritum decernimus et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari.
Dat Rome apud Sanctumpetrum Anno Incarnationis dominice Millesimoquingentesimo Quinto Kal July Pontificatus nri Anno Octavo.

Expedita Tertio Id Julij Anno Octavo [illegible]

L. Libranus
P. Natalis

A. [illegible]
B. de Palinis
C. Vetardus